



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

XLVIII. Der Markgraf Ludwig legt der Neustadt Brandenburg das Recht bei, fünf Juden zu halten, innerhalb einer Meile kein Malzen oder Brauen und innerhalb von drei Meilen keinen Gewandschnitt zu ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

gistro, Alberto de Wulffstein, Johanne de Buch, Henrico de Berlin, Griffone, officiali nostro, cum aliis pluribus fide dignis. Datum Brandenburg anno domini millesimo trecentesimo tricesimo quinto, feria quinta ante Trinitatem.

Nach dem Original.

XLVIII. Der Markgraf Ludwig legt der Neustadt Brandenburg das Recht bei, fünf Juden zu halten, innerhalb einer Meile kein Malzen oder Brauen und innerhalb von drei Meilen keinen Gewandschnitt zu gestatten, am 9. Juni 1335.

Nos Ludovicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie marchio, comes Palatinus Rheni, dux Bavarie, sacri imperii archicamerarius, recognoscimus et ad omnium notitiam, ad quos presentes pervenerint, volumus pervenire, quod, inspecta immensa fidelitate, qua erga nos fideles viri consules ac universitas burgenſium civitatis nostre nove Brandenburg strenue gesserunt, et tali recompensa eidem atque ipsorum posteris duximus favorabiliter providendum ipsisque condonamus, quod habeant secum in civitate libere quinque Judeos in subsidium et emendationem civitatis, volentes etiam, ut universi et singuli, eandem nostram civitatem ad trium milliarium spacium in villis circumfidentes, nulla habeant aridaria neque brasium faciant aut negocia exerceant, que ad jura civitatis dignoscuntur pertinere, sed ad civitatem ipsi tabernarii confluant, cerevisiam et brasium ibi afferendo, contraria facientes inventi a dictis nostris burgenſibus cum nostrorum potentium adjutorio compescantur et ad emendam compellantur. Volumus etiam, ne aliquis in tota orbita, diete nostre civitati adjacente, ad trium milliarium spacium pannum aut pannos scindat aliquales, nisi habens unionem pannidarum nostre predictae civitatis. Si quis secus faciens inventus fuerit, emendam pro suo excessu consulibus et pannicidis nostre memorate civitatis erogabit. Volentes, ne nos ipsi aut aliquis nostrorum successorum vel potentium prelibatam nostram condonationem infringere valeat aut presumat. Hec omnia et singula donavimus nostre civitati Brandenburgensi et burgenſibus ipsius, presentibus et futuris perpetuis temporibus possidenda. In cujus rei testimonium presentes conscribi et sigilli nostri secreti munimine iussimus communiti, presentibus nobili viro Hermanno de Hennenberge, Altmanno de Deghenberg, nostre camere magistro, Alberto de Wolfsteyn, Johanne de Buc, Henrico de Berlin, Griffoni, officiali nostro cum aliis pluribus fide dignis. Datum Brandenburg anno domini M^o. trecentesimo tricesimo quinto, feria quinta ante Trinitatem.

Nach dem Original.

XLIX. Die Kyritzer Rathsherrn sprechen die Altstädter Brandenburgs vom Zolle in ihrer Stadt frei, am 25. October 1335.

Nos consules civitatis Kyritz Recognoscimus liquide protestantes, quod universos cives civitatis Brandenburg Antiquae de theloneo in nostra civitate dando, quocunque censetur nomine, dicimus liberos et solutos, facientes ipsos ratione thelonei nostram ingredi et exire civitatem

Haupttheil I. Bd. IX.